



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,  
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,  
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ  
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXI. De præscriptione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](#)

cularem habet usum, vel praxim, cum similibus, de exceptione hostica latè Graff. de except. cap. 3. Masul. ad Capc. decif. 172, apud Bich. decif. 30.

<sup>21</sup> Perjurium quoque repellit à limine judicij, cum perjurus non sit audiendus, ideoque ubi accedat alterius partis oppositio sententia, aliaque acta eius favore sequuta, remanent invalida, sicut autem si oppositio non accedit; Idque licet agatur de solo possessorio. Gregor. & add. decif. 64. Buratt. dec. 152. Seraphin. de iuramento cap. 174.

Procedit autem in perjurio perfidiae, vel doloso, fucus autem in eo quod excusabile dici valeat, præfertim ex causa impotentiae vel difficultatis. Mantic. decif. 221. & 270.

Sive ubi obtenta sit absolutio, antequam agatur, quamvis ea exhibita non sit, cum sufficiat eam exhibere, quando de illo objicitur. Dunozest. decif. 792. num. 3.

Aut quod judicium instituatur nomine Ecclesiæ, cuius principaliter interfit, cum tunc perjurium Prælati, vel Reformati non obstat, apud Bich. decif. 290. Omniaque præmissa procedunt aendo, fucus autem excipiendo, vel retinendo ut in fortiori casu excommunicati superius advertitur, ac etiam in hac specie habetur, apud add. ad Gregor. dicta decif.

64.

Non implementum quoque, vel contraventio repellit a Etorem, cui incumbit necessitas docendi, quod ex eius parte implevit contractum, cuius vi-  
22 gore ipse agat, cum alias ex actu impugnato, vel non impletio, nullatenus actio competit; Itaque exceptio etiam in exequitivis, ac privilegiatis, in quibus cautum sit, ut nulla exceptio admittatur, obstat. Graff. de except. cap. 13. ex num. 37. Zuch. de obl. quest. 17. ex numer. 85. Mantic. dec. 1. dec. 471. par. 9. rec. & tit. de usur. dise. 7. & alibi.

Nisi doceatur de implementi remissione; Vel quod illud jam adsit, sed prætendatur non sequitur in tempore, sive non modo quo sequi debet, cum hac exceptio respiciat merita, non autem operetur hunc effectum repellendi à judicio. Zuchias & ali ibi supra.

De plerique autem exceptionibus, de quibus frequenter disputari solet, an dicendæ veniant incontinenti probatae, vel respectivè altioris indaginis, adeo ut aptæ, vel non aptæ sint retardare processum exequitivum, vel alias privilegiatum agitur, sparsim infra in singulorum judiciorum, exequitivorum, vel privilegiatorum Rubricis, cum illæ non percutiant judicij ingressum, sed progressum, & ordinem.

## De Praescriptione.

## S V M M A R I V M.

<sup>1</sup> P **R**escriptio prestare solet impedimentum judicio, & actionem repellere.

<sup>2</sup> Distinguuntur diversæ species prescriptionum ordinariarum, & extraordinariarum.

<sup>3</sup> De prescriptione in materia beneficii remissive.

<sup>4</sup> De prescriptione nullitatis professionis resultante à Concilio Tridentino per quinquennium.

<sup>5</sup> De prescriptione Statutaria, quæ conceditur debitorum.

<sup>6</sup> De differentia inter consuetudinem, & prescriptio- nem, & de effectibus ex una, vel altera speciere sultantibus.

Card. de Luca de judicis & judicialibus.

- 7 De altera distinctione inter observantiam interpretativam, & prescriptivam, & de requisitis observantie interpretativa.
- 8 De observantia prescriptiva, eiusque requisitis.
- 9 De distinctione prescriptionis iuris, vel actionis in substantia, seu in decisorius, & actionis vel iudiciorum ordinatorius.
- 10 Via exequitiva etiam cum mala fide prescribitur per 30. annos.
- 11 Quid in Regno Neapolitano adversus instrumenta, vel obligationes penes acta.
- 12 De prescriptione constituti, aut hypothecæ, vel pacti de capiendo.
- 13 An & quando in prescriptione requiratur bona fides, & de distinctione inter prescriptionem longam, & longissimam.
- 14 de iure canonico servando etiam in foro laicali, non datur prescriptio sine bona fide, & correctum est ius civile.
- 15 Declara in mala fide vera, non autem presumpta.
- 16 Et quando etiam presumpta qua ex lice resultat ha- beat vim vera.
- 17 Hares non obstante mala fide prescribit legata ad- versus legatarios.
- 18 Vel unus heres contra alium.
- 19 Deratione cur istis casibus non obstat mala fides.
- 20 De conclusione quod mala fides defuncti noceat ha- redi, qua non placet.
- 21 Cessante impedimento mala fidei, in reliquo procedia tur in hac materia cum dispositione iuriis civilis.
- 22 De triennali possessione, vel usucapione, rerum mo- bilium.
- 23 De eadem respectu fructuum ex re aliena perceptio- rum.
- 24 An fructus presumantur durare ultra triennium, & quinam darent.
- 25 De emptore mercium, vel animalium, aliorumque mobilium in nundinis, & emporiis, quando redda- tur tutus.
- 26 De prescriptione quinquenniali in delictis, vel in po- niis fraudate gabella; Et de prescriptione quadriennali rerum datarum a Principe.
- 27 De prescriptione ordinaria bonorum stabilium, an- norum decem inter presentes, & viginti inter ab- sentes, & qui dicuntur presentes, vel absentes.
- 28 Quod ista species prescriptionis nunquam verisice- tur, & quare.
- 29 De prescriptione longissima, & de differentia inter longam, & longissimam.
- 30 De requisito unus, vel alterius prescriptionis.
- 31 Quando possessionis interruptio non obstat ad effe- ctuum prescriptionis.
- 32 De requisito quod res non sit vitiosa, & quae res sint impræscriptibiles.
- 33 Non valenti agere, non currit prescriptio, ideoque istud tempus subducitur.
- 34 Ideo non prescribuntur bona dotalia durante ma- trimonio.
- 35 Minusque bona fideicommissaria ante factum ca- sum.
- 36 Idem in Inrepatronatus, vel in feidis, emphyteusi, &c.
- 37 Durante tempore pupillari prescriptio non currit, & quando secus ob scientiam tutoris, & quid in mente capto.
- 38 Contra minorem currit, sed datœ restitutio in in- tegrum, & infra num. 68.
- 39 De eadem restitutio ne ex causa ignorantie, vel il- terius impedimenti, & in specie belli.
- 40 De prescriptione contra Ecclesiam, & quale tempus debeat subduci.

- 41 Quod sit imprudens consilium recurrere ad præscriptionem, & qualis sit melior via.  
 42 De quadragenaria cum titulo colorato, vel putativo.  
 43 Quod male confundantur promiscue, & pro sy nonimis habeantur centenaria, & immemorabilis.  
 44 Uriusque tamen vigore allegari potest quicunque titulus absque necessitate probandi.  
 45 Qualis sit centenaria, & quomodo probetur.  
 46 Immemorabilis excludit principum; ideo non probatur per scripturas.  
 47 Quando tamen admittatur ista probatio.  
 48 Qualis dicatur maior centenaria, vel immemorabilis.  
 49 Quando dicatur constare de principio infecto quod impedit hanc præscriptionem.  
 50 51 & 52 De eodem & quando titulus de quo constet, preuidetur.  
 53 Quando titulus possit esse compatibilis cum immemorabili.  
 54 Quando unius tituli productio obstat, & alium titulum excludat.  
 55 De modernorum cautela in productione iuriuum.  
 56 Nil refert quod altera pars aliquem titulum producat.  
 57 Dato initio vel principio exclusivo possibilis alius titulus, nuncquam tempus prodest.  
 58 Quod difficilis, & rara sit probatio immemorabilis.  
 59 De requisito quadragenaria, & quo etas in testibus requiratur.  
 60 De requisito auditus à maioribus.  
 61 De requisito quod nihil in contrarium auditum sit.  
 62 De requisito famae publicae.  
 63 Quando lis obstat huic probationi immemorabili, vel quia calumniosa, vel deserta, seu in causa diversa, &c.  
 64 Interruptio qua supervenit post completam præscriptionem, non obstat.  
 65 Bona fides in dubio presumitur potius quam mala.  
 66 De mala fide resultante à retentione scripturarum in proprio archivio.  
 67 De fide media non bona, nec mala, dubitantis veterantibus.  
 68 Declaratur conclusio, de qua num. 37. & 38. de pupillo, & minore, & mente capto, aliisque impediti, ubi agatur de continuatione præscriptionis capte contra defunctum.  
 69 Quid de hereditate faciente, an contra eam currat præscriptio.  
 70 De præscriptione, an intret in facultativis, & praesertim ubi non adfuit occasio usus.  
 71 De præscriptione in annuis præstationibus.  
 72 De requisito scientie & patientiae.  
 73 An interruptio cum aliquibus personis, vel in aliis quibus actibus impedit præscriptionem in omnibus.  
 74 Præscriptio est stricta natura, atque tantum præscriptum quantum possit.  
 75 In dubio contra præscriptionem.

## DISC. XXI.

**I**nter impedimenta, ulterioris progressus causa vel judicii, recensetur quoque præscriptio, per quam, Reus, ac possessor, Aetorem repellat; Ideoque priusquam ad probationes, & alias, quæ processus conclusionem, seu complementum percu-

tiunt, deveniatur, de oppositæ præscriptionis efficacia, vel operatione, queri solet.

Plures autem sunt præscriptionis species, in magnis lata, seu generice, earum distinctione; Aliæ si quidem sunt extraordinaria, id est utriusque juri civili, & canonico ignota, à legibus particularibus provenientes; Aliæ vero ordinaria, id est in utriusque juris corpore clausæ.

Extraordinaria autem, quæ inopinatè dicuntur præscriptiones, utpote ad hunc effectum, judiciorum, eundem vel similem operantes effectum, & sic per quamdam imaginem & similitudinem, sunt.

Primo illæ, quæ in materia beneficiali resultant à regulis Cancelleriarum; Una scilicet, quæ dicitur de annali, Et altera, quæ dicitur de triennali, & de decennali possitore, sed quoniam ista particula rem habent sedem, nimisq[ue] digressio est, eas cum omnibus declarationibus, vel requisitis recenseret, idcirco in eadem propria fede videndum est, de regula de annalitate, de benef. disc. 47. & 50. & eodem tit. in supplemento; Et de triennali eod. tit. disc. 91. ac etiam in supplemento, ubi etiam de decennali.

Altera est species præscriptionis, quæ resultat à Conclio Tridentino per lapsum, quinquennii, aduersus ius, vel actionem, dicendi de nullitate professionis in aliqua religione, vel Monasterio; Et hec species pariter particularem habet sedem in qua videbundum est, tit. de Regulari disc. 41. & 42.

Tertia est species illius præscriptionis, quæ statutaria dicitur, quia nempe absque illis requisitis, quæ de jure communis, una cum lapsu temporis, desiderantur; Solum tempus perimit, vel saltem impedit actionem, donec probetur contrarium; Ista vero in effectu non est præscriptio, sed potius inducitio præsumptionis, quæ sufficit ad fundandam exceptionem, ac repellendum actorem, donec ex istius parte, per contrarias probationes, vel per fortiores præsumptiones, illa elucidatur ex natura, seu operatione præsumptionis legalis, fundandi intentionem eius, cui ipsa assistat, ac transferendi onus probationis in alteram partem: Ut (ex. gr.) est in Urbe præscriptio, quæ vulgo statutaria dicitur, inducta favore debitoris pecunia, vel alterius rei, sive præstationis aliquius facti, puta redditus rationum, &c. ob lapsum sexdecim, vel respectivè decem annorum; Ac etiam in eadem Urbe, aliquæ partibus habentur leges particulares super præscriptione debiti ex causa pharmacorum, vel mercium, seu vicinalium, per solum lapsum certi temporis, absque aliorum requisitorum justificatione; Et de his vel similibus, in debiti, & crediti sede particulariter agitur, ubi videndum est, cum pariter, nimis, & inordinata digressio est, omnia defuper cadentia, in presenti reassumere, tit. de credito disc. 129. & 130.

Juris autem communis dispositione, attenta, alia pariter late, seu generice distinctiones intrant; Prima siquidem distinctio est, inter præscriptionem, & consuetudinem; Quamvis etenim ambæ circa lapsum temporis, aliquæ requisita, ac etiam circa effectus inde manentes, in multis fraternizare videantur; Attrauen differunt inter se, pluresque diversi effectus ex hac differentia resultant; Consuetudo etenim dicitur illa, quæ tanquam species legis, non respiciat, ius vel personam particularem, neque agat de tollendo ius uni, illudque differendo alteri in particulari, sed quamdam statuit, vel inducit

et legem generalem; per quam tuti reddantur in universum illi, quibus ipsa assilfit, pro incertis, casibus particularibus, pro tempore contingibus.

Præscriptio autem est illa, quæ respicit personas, vel jura certa, vel singularia in particulari, quia nempe, ius unius perimat, illudque alterius firmet, quamvis de universitatibus, vel de corporibus universilibus agatur; Ut sunt locorum Communites vel Capitula, & Collegia, seu etiam Religiones in universum, quoniam circa ea, quæ concernunt ipsius universitatis regimen, eiusdemque personas, vel membra in universum, pro quibuscumque casibus contingilibus, dicitur consuetudo.

In iis autem iuribus de quibus ipsa universitas vel Religio contendat, cum altera Universitas vel Religione, sive etiam cum aliqua persona particulari, dicitur præscriptio, quoniam Universitas ad hunc effectum, certam & singularem personam constitutæ, seu representare dicitur, de his, dictaque distinctione tit. de servit. disc. 2.8. Gregor. & add. decis. 191. add. decis. 20. par. 3. rec.

Præterea, quatenus pertinet ad observantiam per aliquid tempus, ex qua, ad præscriptionem, vel consuetudinem respectivæ inferitur; Altera distinctione intrat, plurium notabilium effectuum productiva, quod scilicet; Aliud est observantia præscriptiva; Aliud vero interpretativa; Ista etenim secundæ species, intrat in casibus ambiguous, quando scilicet agatur de illis privilegiis, vel conventionibus, aliisque dispositionibus, vel iuribus, que ambiguous sint, atque capacia utriusque intellectus hinc inde prætensi; Unde proprietas eis congruat terminus interpretationis, cum tunc observantia dicatur optimæ interpres, atque interpretationum regina, eique nimium deferendum veniat; Atque ista species alicuius determinati temporis spatio non indiget, minusque alii requisitus præscriptionis, sed sufficit quod ita per aliquod tempus considerabile observatum fuerit; Quod tamen certam, ac determinatam regulam generalem non recipit, cum totum pendeat à facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis; Præsertim, ex ea, an observantia sit proxima, vel remota, sive an sit univoca, vel equivo-ca, aut magis, vel minus verisimilis, & adaptata interpretationi, que ex ea desumitur; Quamvis etenim illa tanta operationis reputetur, ut apta quoque sit, prævalere grammatical sensu verborum; Attamen major vel respectivæ minor approximatio huius sensu, nimium considerabili videtur, ad effectum inspiciendi, an ea longior, vel brevior, seu magis, vel minus univoca, & clara desiderari debet, pro qualitate facti, cuius revera potius quam juris est questio; Barbos. in l. post dñm ff. sol. matrim. n. 47. decis. 319. & 251. par. 6. rec. atque frequenter habetur in omni penè materia.

In claris autem, & expressis, non intrat interpretatio, & consequenter incongruus remanet terminus observantiae interpretativa, sed ea dicitur præscriptiva, potius odibilis, quam favorabili (ut est altera interpretativa) Ideoque cum idem sit, ac formalis præscriptio, eius rigorosa requisita in omnibus exiguntibidem proxime.

Defendendo itaque ad præscriptionem; Ita patiter, aliam recipit distinctionem, quod scilicet; Aliud est præscriptio ipsius rei, vel actionis in substantia; Aliud vero est præscriptio actionis vel judicii tantum, firma remanente competentia juris, vel dominii in substantia, ipsaque præscriptione suum effectum operante in conceruentibus ordinem judicii, & aliqua eius beneficia, vel privilegia.

Card. de Luca de iudicis & judicialibus.

Præscriptio itaque actionis, pro judiciis ordinariis tantum, intacta remanente jure Actoris quod ad substantiam, est (ex. gr.) illa quæ cadit in Judicis officio, seu in via exequitiva, que etiam per principalem debitorem fiat, non obstante mala fide, que perpetuò impedit præscriptionem debiti vel rei controveræ, per silentium triginta annorum, quoniam non est præscribere debitum vel ius, sed est præscribere Judicis officium, ex quo provenit processus exequitivus; Nisi eadem actio cum hoc processu, ita jam instituta sit, ut perpetua evaserit, tit. de credito disc. 117. Ita que præscriptio, in Regno Neapolitano, adversus illum rigorosum processum exequitivum liquidationis instrumentorum ad formam ritus M. Curia Vicaria, inducitur per annos viginti & per annos decem, in altero processu exequitivo, in vim obligationum penes acta, vel apocharam banchi, cambii, &c. cum similibus eod. disc. 117. de cred. & infra eo discut. in quo de iudicio exequitivo agitur.

Prout etiam, est illa præscriptio, constituti, vel hypotheca, aut salviani, quam faciat tertius possessor per decennium, quoties non adlit pactum de capiendo, quod durat per annos 30, cum similibus, Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. quest. 21. Bich. dec. 310. quoniam est præscribere judicia, vel remedia, non autem acquirere illam liberationem, vel omnino dam securitatem, quæ obtinetur ex vera præscriptione juris, in substantia, sive in negotio principali; Et in summa est præscriptio circa ordinatoria, non autem circa decisoria.

Altera vero præscriptio, in negotio principali, seu circa decisoria, plures habet species, circa quas, priusquam ad earum distinctionem aliqua requisita deveniatur; Illud in primis generaliter est advertendum, quod licet etiam jus civile, exigit bonam fidem, tanquam unum ex requisitis præscriptionis; Attamen id percutit tempus, majus, vel minus, quoniam etiam in iis casibus, in quibus bona fidei requisitus desit, adhuc admittitur præscriptio longissimi temporis, triginta, vel quadraginta annorum, per cuius lapsum, statuitur regula generalis, ut quæcumque actio, indefinitè præscribitur, ad hoc, ut dominia perpetuò non remaneant in incerto; Ideoque mala fides, impedit solum præscriptionem ordinariam, decem annorum inter præsentes, & vi-ginti inter absentes quando de bonis stabilibus agatur, vel triennii, quando de mobilibus, sed ea non obstat præscriptioni longissimæ; Ex ea differentia ratione, quod ubi agitur de præscriptione, quæ non habeat solum fomentum temporis, sed etiam tituli justi, & bona fidei, dicitur favorabilis, non solum favore præscribentis ad confirmationem eius tituli, bona fidei, sed etiam publici commercii, ne dominia diu stent in incerto; Altera vero præscriptio, ex ratione temporis, sine titulo & sine bona fide, est odiosa, ut potè inducta in peccatum negligentis, quamvis dictus favor publici commercii tuerit causa istius peccæ.

Ista vero juris civilis dispositio, indistinctè, ac generaliter, correcta est per jus canonicum, in cap. fin. de præscript. Ejusque dispositio, ubique recepta est in Orbe catholico, etiam in foro laicali; Sive (ut nostri dicunt) etiam in terris Imperii, ut potè fundata in ratione peccati, quod inesse dicitur in eo, qui acquirat, vel retineat rem, quam sciat non esse suam, sed alienam; Esset enim lex nutritiva peccati, quæ recipienda, & practicanda non est; Ideoque etiamsi quis per mille annos possideat in statu male fidei, non præscribit; Bich. dec. 43. dec. 373. p. 9. rec. tit. de credito disc. 131.

Verius tamen videtur, juxta probabiliorem, magisque receptam opinionem, ut id procedat in mala fide vera, adeo ut urgeat dicta ratio peccati; Secus autem in mala fide praesumpta, in qua incorrecta remanere videtur dispositio juris civilis, cu[m] tunc cest ratio peccati, cui innixa est dicta dispositio juris canonici, *dicto disc. 131. de credito.*

Nisi adeo vehementer sit praesumptio, per legem inducta, ut quamvis revera possessor continuet in bona fide, & in credulitate sui juris, attamen lex id non admittit; Ut

contingit in ea mala fide, que resulteret a lite, quoniam frequenter litigantes adhuc continuant in bona fides atque in probabili credulitate proprii juris vel dominii; Vel quia Cut in plerisque personis contingit) neque sciant litis introductiōnem, qua facta sit cum procuratoribus, vel ministris; Vel quod eius introductionis oblitū sint; Aut, & frequentius, pro communi vitio, vel consuetudine litigantium, quod pro certo credant clarum bonum ius fore; Adhuc tamen id non prodest, *infra in disc. in quo de fructuum condemnatione, ac restitutione agitur.*

Primoque casu non obstante dispositiōne juris canonici, ac scientia juris alieni, adhuc incorrecta remanet dispositio juris civilis, circa prescriptionem longissimi temporis, quando scilicet possessor

sciat ius alienum, sed in spe, non autem in re, sive querendū, non autem quæsitū; Ut (ex.gr.) contingit in hærede testamentario, prescribente per longissimum tempus triga annorum legata, quæ concinuantur in eodem testamento, ex quo ipse ius hæreditarium obtinet, *dec. 153. p. 8. rec. Cirroch. disc. 7. & 16. & eod. disc. 131. de cred. & alibi plures.*

Sive in uno ex hæredibus, qui prescribit portio nem cohæredis, Aut in hærede, ab intestato prescribente adversus testamentarium, quem adesse sciat; ex ea ratione, quod credere, vel sperare potuerit, quod ille non esset agnitus, eaque bona querere non curatur, ideoque lapsus tanti temporis ipsum in ista credulitate confirmavit; Accetiam, quia non est acquirere alienum, idque facere siuum, quod non erat, sed potius evitare obstaculum, ne alter acquirat, sibique tollat; Unde propterea est potius confirmatio, per remotionem obstaculi; Magnaque differentia est, inter casum privationis, vel ammissionis juris jam quæsti, & impedimentum juris querendi, *in. de testament. discar.*

*73.* Stante autem dicto probabili assumpto, quod dispositio juris canonici, impeditiva prescriptionis, ratione mala fidei, procedat in mala fide vera, non autem in ficta, seu praesumpta, in qua non intrat ratio peccati, cui innixa est; Hinc intellectus non de faciliter acquisitio, conclusioni, quam ex plurimis DD. sensu, pluries firmavit Rota, ut scilicet mala fides defuncti debitoris, influat etiam in hæredem, *dec. 373. p. 9. rec. Bich. dec. 574 & 603. dicto disc. 131. de credit.*

Ubi enim ex persona, & ex possessione propria, omnino novam, ac integrum prescriptionem inchoaret, adeo ut juvari nolit possessione sui actoris mala fidei; Quoties ipse revera ignorans sit debiti, vel alterius juris alieni, quod in inventario descriptum non sit, minusque in libris, vel in memorialibus, aliisque notulis testatoris penes eum existentibus reperiſſe conſert, adeo revera sit ignorans juris alieni, atque in bona fide, credat possidere illa bona tanquam propria, & libera; Tunc non videatur subesse congrua ratio, cui ista proposiſio innatur.

Et tamen non desunt volentes, ut magis fides defuncti prædecessoris, influat non solam in primis, sed etiam in secundum, vel ulteriori hæredem, qui ex persona propria, novam prescriptionem incipiat, quod minus probabile videtur, cum revera procedat reſtrictio, quando hæres juvari vel tempore possessionis defuncti, illudque cum suis conjungere, atque in hoc versari videtur aequivolum, *dicto disc. 131. de credito, & tit. de servit. disc. 87.*

Cessante autem dicto impedimento mala fidei, quod à praefata dispositiōne juris canonici, ratione mala fidei, resulteret; Atque ita, firma remanente dispositiōne juris civilis, eiusque terminis revertenti, cum quibus, in reliquis in foro proceduntur.

Plures sunt, ac diversæ species prescriptionis; Alia enim est illa brevis, cui usucaptionis terminus magis congruit, qua cadit in rebus mobilibus, pro quorum prescriptione, praesuppositio, alii requisiti generalibus, nempe bona fide, iusto titulo vero, vel putativo, & quod res non sit vitiosa, ideoque de sui natura inpraescriptibilis, sufficit possessio trium annorum, quæ possessorum tutum reddit, *§. 1. in tit. de usucap. & infra dict. disc. in quo de fructuum condemnatione agitur.*

De ista specie prescriptionis, raro foris disputat, adeo ut in mea diuturna forensi vita cursu, occasio non praebuerit de illa particulariter agere; Cade autem potest, (licet raro) in fructibus adhuc extantibus de tempore morte litis, quos percepit non dominus, qui se dominum credebat; Ubi etenim isti de tempore morte litis, percepti, & consumpti sunt, necessestum non est prescriptionis præsumendum, quoniam ab eorum restituitione, generaliter bona fides excusat, Quinimodo, neque præcisè necessaria est bona fides positiva, sed sufficit, quod ab sit mala positiva qua in dubio non praesumitur, unde propterea sufficit media, quæ datur in errante vel in dubitante, *dicto disc. 131. de cred. & infra in dicto disc. in quo de fructuum condemnatione agitur.* Sed si fructus adhuc extant, adeo ut non suffragetur illa aequitas, quæ consumptione manat, tunc bona fides non excusat, cum ita intraret locupletatio alieno, bene tamen suffragatur hoc præfidium prescriptionis, Cirroch. disc. 67. & infra dicto disc. fructuum.

Rari tamen sunt casus existentia fructuum post triennium, ex regula generali, quod illi non praesumuntur durare ultra triennium, intra quod solum, adversus eorum morosum debitorem intrat obligatio ad pretium quanti plurimi, *tit. de empione & vend. disc. 14. Cels. dec. 308. dec. 344. & 421. p. 9. rec.* Adhuc tamen in plerisque regionibus ista regula patitur limitationem, ut (ex.gr.) in Apulia frumentum in puteis vel foveis, multo vero magis in horreis, seu depositoriis, in quibusdam vasis confectis ex canis intextis, quæ vulgo cannarum camere dicuntur, conservatur etiam per plura triennia; Atque in eadem Apulia latè sumptas, & complectentes, non solum Apuliam planam, sed etiam provinciam Barensem, ac alteram provinciam Hidruntinam, & in aliis regionibus, frequentior praxis id docet, in oleo, quod ad longissimum tempus est conservabile, prout in plerisque partibus Hispania, id praxis docet in vino, cum similibus; Ac etiam quia adsunt plures species fructuum, diuturno tempore conservabilium ut (ex.gr.) sunt, bombix, crocum, Saccharum, & similia.

Verificari etiam potest hujus prescriptionis præsum-

<sup>25</sup> præsidium, in mercibus, vel in suplestilibus, seu in animalibus, quæ à non domino emanantur, cum rigor iuris, domino concedat eorum vindicationem, non restituo pretio, etiam aduersus bona fidei emptorem; Quinimo etiamsi in nundinis, vel in portibus, aliisque publicis emporiis emptio facta sit, *tit. de Regal. disc. 129.*

Adhuc tamen, rari sunt casus, in quibus de hoc præsidio disputare oportet; Vel quia mercium, & mobilium domini, tandem acquisicere non soleant; Vel quia forte in majori parte regionum, & præsertim in locis mercantilibus, ratione libertatis commercii, non procedatur cum illis rigorofis legibus judaismis, cum quibus in Curia procedi solet; Ut scilicet, excepto casu collusionis, & male fidei, ementes in publicis portibus vel emporeis, & nundinis, tunc sint *Eod. disc. 129. de Regal.* Verum ubi possessoris prætensio ad hoc nudum præsidium restringatur; tunc in iis partibus, in quibus dicta aequitas non servetur, penè unquam nuda præscriptio ad perfectionem reducitur, ob tot subductions & excusationes, vel restitutiones, ut infra.

<sup>26</sup> Secunda species præscriptionis, pariter minoris temporis, nempe quinquennialis, a jure communis cognitis, est illa, quæ datur in aliquibus delictis, de quibus non agitur, ut potè extra propriam sphæram, vel praxim, ut in proximalibus insinuatum est; Adhuc tamen in cibilibus quandoque de hac specie quinquennialis præscriptionis agi, praxis docet; Puta in penit. commissi ob fraudatas gabellas, vel ob similes casus, juxta declarationes de quibus in gabellarum, & vestigialium sede, *tit. de Regal. disc. 59. & 119.* Prout etiam in sede donationum agitur de præscriptione quadriennali rerum, quæ à Principe donentur, *tit. de donat. disc. 43.*

Tertia est præscriptio, quæ dicitur ordinaria, seu longi temporis, in bonis stabilibus, annorum decem scilicet inter præsentes, & viginti inter absentes; Disputatione inter DD. cadente, circa præsentia, vel respectivè absentia qualitatem, an scilicet intelligatur in eadem Civitate, vel loco, vel in eodem districtu, seu coenitatu, aut in eadem provincia, quod varias habet opiniones,

<sup>27</sup> Verum ista quæstio, hodie residere videtur in scholis, & academiis, potius quam in foro, dum ob tota remedia, quæ habetur aduersus præscriptio-nem, ut infra, nunquam forte datur casus, ut ista ordinaria longi temporis, quinimo neque sequens extraordinaria, & longissimi temporis præscriptio, ad perfectionem dedecatur.

<sup>28</sup> Quarta est præscriptio extraordinaria longissimi temporis, trigesima, vel quadragesima annorum, per quam, omnem & quamcumque actionem, omniaque jura in corporalia præscribit, lex civilis pro generali regula statuit; Aliquam differentiam adhibendo inter ipsas actiones, magis, vel minus privilegiata, ut in aliquibus minus sufficiat, In aliis autem maius quadragesima, præfertim ratione jura-menti requiratur; *dec. 373. par. 9. rec.* Ista species præscriptionis, præfertim in bonis, in quibus alias ordinaria præscriptio longa sufficiat, de jure civili non exigit requisitum bona fidei, ut alia præcedentes exigunt; Ex ea differentia ratione, initio supra insinuata, quod scilicet ordinaria præscriptio inducta est favore præscribentis, ad confirmandum dominium possessoris bona fidei; Ista vero respicit odium negligentis, atque continent negligentie pœnam, quæ libertatis commercii favore rationabiliter quidem inducta est, ne dominia, perpetuo in incerto sint.

Priusquam verò ad alias longioris temporis, magis que privilegiatas, ac operativas præscriptio-nis species deveniantur; Quatenus ad præmissas per-tinet (ut dictum est,) numrum rarum, peneque nulli vi-dentur casus in praxi verificabiles, ob difficultatem præsertim justificandi earum requisita, quæ sunt; Primum bona fides per jus canonicum adeo amplia-ta ut supra, Secundò justus titulus, saltem putati-vus, ex regula generali ab ipsomet jure civili statuta, quod solum tempus non est modus tollendi vel solvendi obligationem; Tertio possesso pacifica, & continua, cum non sufficiat interrupta; Præter-quam ubi de illa interruptione agatur, quæ ab in-justis accidentalibus impedimentis, vel etiam à ca-fualibus oriatur; Puta ob humani vel divini belli impedita; Sive ob hostium, vel latronum incur-siones & occupationes; Aut ob carcerationem, vel exilium, cum timilibus, ob quæ impedimenta, pro eorum diversa qualitate, vel singulare continuatio perinde ac si interruptio sequita non esset, vel subducto tempore impedito, intrat extremo-rum continuatio, ut præfertim praxis docet in ea longissimi temporis præscriptione, quæ datur in retrahitu conventionali, hoc est in pacto de retro-vendendo, cum similibus, *tit. de servit. disc. 87.*

<sup>30</sup> Et ultimum demum est requisitum qualitatis rei, quæ virtuosa non sit, id est impræscriptibilis, ut exemplificari solet in rebus sacris, sanctis, & religi-osis; Atque quoad forensim praxim, habemus fre-quenter in juribus Regalibus, quorum regulariter sunt incapaces privati, sine supremi Principis con-cessione; *tit. de Regal. disc. 2. & 14. & per to. in materia officiorum, & locorum montium.* Aut in juribus spiri-tualibus, quorum sunt incapaces laici, unde propte-re altæ majores magis que privilegiata præscriptio-nes requiruntur, de quibus infra.

His requisitis etiam concurrentibus; Adhuc rari sunt casus, ut præscriptio redigatur ad perfectio-nem, ob tot deducções, quas facere oportet; Si quidem in primis deducendum est tempus litis vel alterius interruptionis; Et quando ista non adsit, adhuc plures aliae intrant deducções, vel impedi-menta, ex quibus (ut præmissum est) nimium rari, penèque nulli sunt casus, in quibus hoc præscriptio-nis præsidium, tutum reddat possessorem; Primum namque deducitur totum illud tempus, in quo ille, cui bona vel actiones competant, agere non potuit, ex juris regula quod non valenti agere, non currit præscriptio; Ut (ex gr.) in rebus dotalibus, contin-git in muliere, durante matrimonio, *Bib. deif. 574. & 603. tit. de dote, disc. 29.* Sive frequentior praxis docet, in vocatis ad fiduciocommissum, donec eius casus ad eorum favorem fiat, cum gravati, vel præ-decessoris negligentia, non noceat successori, venienti independenti, & ex persona propria *tit. de jure patron. disc. 35. tit. de alieno & contract. disc. 3. Fusur. quæst. 528.* Quod etiam in jure patro-natus familiarium procedit, vel in feudo, & emphyteu-si pacti, & providentiae, cum similibus. *Ibidem.*

<sup>31</sup> Secundò, subducendum est tempus pupillaris ætatis, dum in isto tempore præscriptio non currit sed (ut nostri dicunt) obdormit; Dubitatione ca-dente, ubi tutor sciat, cum tunc aliquorum opinio sit, ut præscriptio currat, atque pupillo contrâ tuo-rem succurratur, si sit idoneus, secus autem in subsi-dium, *Othob. dec. 173. Buratt. & add. dec. 410. & 774.*

Atque pupillo in omnibus æquiparatur, in hoc proposito amens qui jure pupilli habetur.

Bich. decif. 3 § 6. in Nolana parochialis de qua sub tit. de benef. in iufamento.

Tertio subducitur tempus minoris etatis; Non quidem ipso jure per viam obdormitionis, ut in pupilli, etate contingit, sed ex beneficio restitutionis in integrum. Roias dec. 316. & apud supra allegatos, ac paſsim.

Idemque beneficium, nisi agatur de prescriptione capta cum defuncto ut infra eandem operatur subductionem, in iis omnibus, in quibus iusta causa concurrat. Puta carcerationis, absentiae, paupertatis, alteriusve impedimenti, & praesertim belli divini vel humani; Imo etiam ignoratio, quae tamen sit probabilis. Thes. dec. 133. & 134. add. ad dec. 3. p. 3 rec.

A dſunt etiam personæ privilegiatae, ut sunt Ecclesiae, contra quas non praescribitur nisi spatio quadraginta annorum, & contrà Ecclesiam Romanam spatio centum; Utadque privilegium aliquibus Religionibus, & Ecclesiis, est etiam communicatum, Ita tamen, ut tempus vita Prælati, vel Rectoris, aut alterius administratoris, qui alienavit vel contra eum præjudicalem fecit, subducatur, neque prius tempus computetur; Ac etiam subducatur tempus sedis vacantis, quod non computatur. Buratt. dec. 598. & 629. Ideoque his omnibus penitatis, numquam forte datur casus, quod prescriptio, a perfectionem reducatur.

Hinc proinde, imprudens consilium reputatur 41 beneficium diuturna possessionis, applicare huic remedio prescriptionis forte unquam proficuo; Atque melius consilium est, eadem possessione uti ad praesumptam probationem alicuius tituli ita admiculativè probandi, cum praesumptionibus, & argumentis, inter quæ diuturna possessio nimium prodest, ubi alia concurrant. tit. de alien. & contract. disc. 3.

Tres demum aliae adſunt magis privilegiatae prescriptionis species, quarum una est ea quæ refūtāt ex quadragenaria continua, & pacifica possessione, juncta cum titulo explicito colorato, seu cum titulo putativo bona fidei, aut cum fama privilegii; Itaque prescriptio, quæ praesertim apud Canonistas, magis frequens est, eamdem pene operationem habere videtur, quam habeant aliae duas majores nempè, centenaria, & immemorabilis. dec. 1. p. 4. rec. tom. 2. dec. 324. & plures sub tit. de iuris. & alibi.

Illa verò due, centenaria scilicet, & immemorabilis, ab aliquibus exteris DD. prophani, sive prophanas materias tractantibus, & praesertim à Regnicolis, occasione agendi de aliquibus juribus regalibus, quæ per Barones, vel per privatos possideantur, ac exercantur, confundi solent; atque haberit pro finomini Capabl. de Baron. cum alia dicto disc. 3. tit. de alien. & contract. Sed male, quoniam licet in multis fraternizent, ac praesertim, ut tam unius, quam alterius vigore, licetum sit allegare quemcumque titulum de mundo mulierem, & sic etiam privilegium concessum ab habente ad id potestatem, vel etiam contra eum validum, propterea magis expediat; Et ob quam rationem illa suffragantur, etiam in iis quæ impræscriptibilia sunt, ac vehementer habent juris resistentiam. tit. de Regal. disc. 47. & in aliis plures ibidem.

Attamen revera sunt diversæ, quoniam centenaria, per neceſſe exigit probationem, quæ concludat tempus certum continuata, & pacifice possessionis, ultra centum annos, quod per testes concludi non potest, unde propterea conjunctas habere

oportet alias species probationis per scripturas, & historias, ac inscriptions, &c.

Immemorabilis autem, nullam habet determinati temporis metam, dum ista potius illi opposita est, dum inter eius requisita, illud est præcipuum, ut de initio non conficit, ac propterea potius abhorret probationem per scripturas, quæ illi contrariae sunt. 2. Gregor. & add. dec. 51. Buratt. dec. 435. decif. 168. par. 10. rec. & sub tit. de jure patron. disc. 58.

Eatenus autem, ab aliquo moderno tempore, judiciorum ceteris cuperunt scripturae pro ista probatione, quatenus ille non dent principium, vel causam possessionis, sed istam, jam antiquiori tempore præexistentem, præsupponant, seu enuncient, dicto disc. 47. de Regal. Gregor. & add. decif. 51. & in aliis proxime alligatis.

Quare, non modica quæſtio est inter DD. quænam earum sit major, & efficacior; Pluribus adharentibus centenariæ; Pluribusque immemorabili; Verum ista posterior opinio, probabilior, magisque recepta videtur, quoniam licet dari possit casus possessionis excedentis memoriam hominum, quæ ad metam annorum centum, adhuc non pertinet; Attamen illa incertitudine, seu exclusio principi, quæ in hac specie prescriptionis datur, magnum præsidium est, dum in vim facultatis (ut suprà) competentis, allegandi quidquid placet, ille, qui habet immemorabilem bene probatam, dicere potest, habere quoque centenariam; & ultra, disc. 3. de alien. & contract. prohib.

Sienim neganda est existentia principi, ergo non datur hæc temporum distinctione.

E converso autem, in centenaria cadunt difficultates super principiū virtutis, vel infectionis, &

per consequens magis tua dicenda est altera, de Regal. disc. 47. & de alienat. & contract. prohib. dicto disc.

3. & alibi.

Super hoc autem principio, circa centenariam, se involvēt evidenter DD. quorum plerique de more, non bene distingendo, incident in aquivoce; Siquidem certum est juris principium, ut posito initio, seu titulo infecto, seu vitiolo, tunc ipsa possessio, quantumvis antiqua, non solum unius, sed plurimum seculorum, infecta quoque, ac vitiosa censenda sit, utpote redolens implicitam malam fidem, quoniam effectus non potest esse diversus a sua causa, neque radix mala bonum germin producere potest, vel arbor mala facere fructus bonos; Verum & aquivocum esse solet in applicatione, quandò felicit constare dicatur de hoc principio, quod hujusmodi perniciosos effectus operetur.

Omnia enim dominia, ac bona, vel jura, quæ ab antiquissimo, ac immemorabili tempore bene concluso, possideantur, aliquod principium absque dubio supponunt; Utputa ( agendo de jurepatronatus) supponendum est tempus, vel principium, post illius loci & definitionem; Sive post Ecclesias tranquillitatem, ac religionis publicum vel liberum usum in eo loco; Idemque dicendum est, in decimis aliisque juribus spiritualibus, in quibus immemorabilem in dies præsupponimus; Atque in dominiis temporalibus, historiæ, aliaque documenta probant, antiquiora dominia diversa tot Regnum, seu Monarchiarum, & praesertim Romanae in nostro Orbe communicabili; Ergo præsupponendum est principium posterius, in illis dominis, quæ dicimus obtineri a tempore immemorabili.

Hinc proinde dicendum est, ut id intelligendum sit, de exclusione illius tituli, seu initii prædicti, & exclusivi cuiuscumque alterius, & cui possessor refe-

rat

tat sua possessionis causam; Et consequenter, quod ex tunc importet tempus, quod concludat centenariam; Sive quod post dissolutum dictum antiquum dominium, vel Imperium, alia non adsit contraria memoria.

Ideoque Aliud est probatio centenaria, vel majoris temporis taxativa, cum exclusione temporis antiquioris, unde propter ea concludatur, quod possesso fuerit effectus illius cause; Aliud vero concludere centenariam affirmativa, pro obtainenda facultate allegandi quemcumque titulum de mundo meliore, non exclusa possessione antiquiori, ac possibiliitate alterius caule melioris, *dicto disc. 3. de alien. & contract.*

Siquidem etiam cum immemorabili, frequenter compatibile reputatur privilegium, sive alter titulus certus per scripturam cum certo initio, ad confirmationem tamen, maioremque firmitatem possessionis, vel ad aliam causam referibilis, cumulativa, non autem taxativa, *disc. 47. de Regal. Cels. decif. 110. Bich. decif. 386. decif. 101. par. 10. rec. & subtit. de iure patr. disc. 57. & 58. & sepius.*

Pro dicta itaque restrictione, atque ut titulus, quo confitat, censendus veniat melior, ac praeceps, cuiuscumque alterius melioris exclusivus, requiritur, ut ille titulus, ab ipso possesso sit principali productus, pro titulo, & fundamento principali sua possessionis, adeo ut non sufficiat produc-tio facta per procuratorem, sine speciali mandato expresso, vel eo presumpto, quod resultat ab admiculis illo praesertim qualitatis scripturarum, quæ ab alio haberi non potuerint nisi ab ipso possesso, *dicto disc. 3. de alien. & contract. & disc. 47. de Regal.*

Quare, ob modernorum Practicorum cautelas in productiones, seu exhibitione iurium vel scripturarum, nimium rari sunt casus, in quibus hec restrictione verificetur, dum sunt per compulsionem, & in parte &c. cum pluribus clausulis preservativis, ut infra agendo de productione, & repetitione iurium, in ejus particulari Rubrica advertitur, *infra disc. 23.*

Atque hinc sequitur, quod nil refert, an altera Pars aliquem exhibeat titulum indicativum domini, vel possessionis alterius Partis, quoniam ista replicare poterit, quod non illi, sed alteri meliori titulo anteriori vel posteriori, suam possessionem referat, ob titulorum cumulum seu multiplicitudinem, quæ in jure permitta est, pro eiusdem possessionis confirmatione, *locis proxime citatis.*

In hac autem facultate allegandi alios titulos meliores, consistit tota operatio, hujusmodi prescriptionum, cum alias, dato initio, vel titulo certo, solum tempus, quantumcumque longum, modice remanet operationis, ob tot subductions, ac restrictions ut supra; Et fortius, ob infinitatam regulam, quod non valenti agere, non currit prescriptio, unde propterea novi successores, venientes jure suo independenter à praedecessoribus, in dignitatibus, & in officiis, sive in feudi, & fideicommissis &c. quodcumque tempus contempnere possunt, eo quia, sicuti praecessores, cum actionibus positivis alienationis, illi prajudicare non potuerunt, ita neque cum hoc actu negativo negligenter in eisdem locis citatis, & sub tit. de iure patr. *disc. 31. & 35.* Verum punctus est in dicta facultate allegandi possibilem titulum validum, ac destructivum illius juris, ex quo petitior veniat,

Super justificatione autem requisitorum immemorabilis, frequentes in Curia disputationes ha-

bentur; Atque praxis hucusque docuit, quod in processibus, qui fiunt in partibus rari sint casus, in quibus ista probatio bene concludatur.

Réquisita vero sunt; Primo, ut testes puberes concludant de quadragenaria pacifica ante motam item de visu; Et per consequens in eis praeceps necessaria est, atas annorum quinquaginta quatuor completorum, preambula hora litis, vel molestiae, seu interruptionis, ut ita, subducto tempore pupillaris etatis, ac illo litis, conclusa remanere valeat quadagenaria; Unde propter ea sequitur, quod quando diurna lis adsit, tunc materia reputari solet improbabilis, ob impossibilitatem testimoniū talis etatis, ut occasione denegationis remissoria frequenter disputari contingit. *Buratt. decif. 673. Cels. decif. 104. & sepius cum sint principia absoluta. & quotidianā, & infra disc. 31.*

Alterum est requisitum auditus à majoribus; Atque huic, Aliqui addunt alterum quod isti dicunt audivisse ab aliis eorum maioribus; Verum istud, quamvis ad superabundantiam articulari, ac probari solitum sit, non est tamen ita praeceps necessarium, atque omnium non impedit probatio-nis perfectionem, *decif. 56. par. 7. rec. add. ad Gregor. decif. 196.*

Tertium est requisitum, ut concludant testes, quod nunquam aliud in contrarium, gestum, visum vel auditum fuerit, minusque de actu contrario alias constet, cum locusactus unus ad sufficiat, imò quandōque pro facti qualitate, solus rumor, *tit. de iuris d. disc. 1. & 3. & sepius.*

Et quartum est illud fama publica super immemorabili possessione, eaque particulariter per separatum articulum, seu capitulum probari debet, idemque non sufficit illa generalitas, qua in omni articulo de stylo apparet, *solet Gabr. de prescript. concl. 1. n. 80. Franch. decif. 56. n. 24. Capobl. de Baron. pragm. 1. num. 224. decif. 136. par. 6. rec.*

Non omnis tamen lis, vel contradicatio apta est, hanc prescriptionem impedire, sed ea, quæ adhuc indecisiva pendeat; Si enim possessor obtinuit sententiam favorabilem, sua possessionis canonizavam, ac reprobavit impugnationis, eaque transitum fecerit in judicatum, tunc ista impugnatio, potius confirmat jus possessoris, atque immemorabilis non prajudicat, Sive quod deserta remanserit, adeo ut idem refluet effectus, vel eadem congruat ratio. Aut quod lis esset in causa diversa, *decif. 101. par. 10. rec. Bich. decif. 361. Coccin. decif. 283. Buratt. & add. 172. & 436. Gregor. & add. dec. 467.*

Postquam vero, sive de una, sive de altera prescriptionis specie agatur, ea est jam perfecta, seu completa, adeo ut jus possessoris confirmaverit; Tunc subsequens interruptio, seu detectio juris alieni, si non prajudicat, neque superventa mala fides obstat, quoniam ista impedit quidem prescrip-tionem adhuc imperfectam, ne perficiatur, sed non destruit jam perfectam. *Fagnani cap. si quis de Regular. Gregor. & add. dec. 51. Buratt. decif. 739.*

Circa vero generale bona fidei requisitum in omni prescriptione necessarium, ut supra, illius positiva probatio necessaria non est, cum in dubio presumatur, non docto de mala, *add. ad Buratt. decif. 505. in fin. & paſim.*

Verum aliquando admitti solet quædam eius presumpta, seu legatio, quæ potest esse fallax; Puta quia in proprio archivio retineantur illæ scripturæ, ex quibus alterius resultet, *tit. de iur.*

*iur. patr. disc. 11. Cavaler. decis. 77. & 91. decis. 13.*  
*par. 7. rec. A*dhuc tamen discretè pro facti qualitate, non autem iudaicè id intelligendum est, ubi scilicet alia facti circumstantiae, verisimilem talium scripturarum, ac omnium in eis contentorum scientiam redolent, *Ottob. decis. 173. Duran. decis. 426.*

Item non modica est quæstio inter DD. an ea fides, quæ media dicitur, quia scilicet neque bona, neque mala positivè dici valeat; (Et quæ in errante, vel in dubitante consideratur) sufficiat, vel respectivè obliteratur. Atque plures defuerit trahi solent distinctiones, ac declarationes *disc. 131. tit. de cred. & deb.* Verum in praxi idealis esse videtur quæstio quæ est potius professoribus fori interni congrua, cum non de facili pro foro externo istius medii statutus probatio detur; Adhuc tamen, ubi daretur, ea videtur distinctione probabilis; An scilicet agatur de simplici, & ordinaria solum longi temporis prescriptione, pro qua eam alleganti incumbere videatur quoddam magis onus. Vel de illa longissimi; Maturius tamen reservo cogitandum in causa contingenti, cum id practice disputare, occasio non dederit.

La vero, quæ de obdormitione prescriptionis de tempore pupillaris etatis, vel de restitutione adversus tempus etatis minoris, aut ignorantiae, vel alterius impedimenti dicta sunt ex beneficio restitutioonis in integrum; Non intrant in ea conventionali prescriptione, quæ contra defunctionem auctorem capta sit, ex probabiliori sententia, quamvis non defint volentes, ut etiam isto casu restitutio intret, ex propria persona, ut in retractuum sede advertitur. *tit. de servit. disc. 87.*

In legali autem prescriptione capta contra defunctionem, restitutio conceditur, *Ottob. decis. 156. Cels. decis. 194.* Quæstione remanente in prescriptione judiciali, quæ varias habet opiniones; Professi vero quæstio decidenda videtur, specie scilicet cause justitia, quæ hoc beneficio magis, vel minus digna videatur.

Hereditas jacent, jure pupilli, ex aliquorū sensu in hoc reputatur, ex aliorum vero, jure minoris, vel impediti, prima vero opinio probabilior est; Nisi de continuatione jam capta prescriptione, contra defunctionem, ut supra agatur, cum tunc persona prescribentis principaliter attendatur, *de Marin. cap. 164. lib. 1. Rovit. decis. 41. decis. 193. par. 10. rec.*

In facultativis autem regula, est ut prescriptio non detur, nisi oppositio, cum subsequita acquiescentia sequatur, *Gregor. & add. decis. 162. Buratt. & add. decis. 3. 2. 17. de praeminent. disc. 26. & plures subtit. de decim.* Vel nisi adeo diuturnum sit tempus, ut eius lapsus superius insinuatam concedat facultatem, allegandi titulum ab quo necessitate probatio omnis; Potissimum vero ac certius prescriptio excluditur, si non utendi occasio non adfuerit, *dicit. disc. 26. de praeminent.*

Atque hinc resultat, ut in annuis præstationibus, alisque similibus juribus, nisi oppositio, vel denegatio, cum subsequita acquiescentia accedat, prescriptio non intret, cum cadem declaratione, de qua proxime *Rovit. decis. 387. Rovit. decis. 97. & dict. tit. de decim.*

Super requisito etiam scientiae, & patientiae eius contra quem prescribatur, quoties de juribus in corporalibus agatur, frequentes audiuntur solent quæstiones; Atque regula est, ut ea requiratur, cum stet

loco possessionis, sine qua prescriptio non datur; Nisi aliqua circumstantia limitationem inducat, atque ab hoc excusat, ut latius in suis peculiari bus sedibus advertitur. *tit. de iur. patr. disc. 56. & 63. tit. de iurifd. disc. 1. & 34. & sepius.*

Interruptio autem cum uno, vel cum aliquibus sequuntur, aliis, qui pacificè possederint præjudicet, quæstio est; Sive an interruptio in aliquibus aetibus in aliis quoque impeditat prescriptionem; Idque à causa universalis, vel particularis distinctione decisionem recipit, ut primo casu interruptio proposita non autem secundo, ut pariter in eius sedibus particularibus latius, *dicit. disc. 1. de iurifd. & tit. de decim. disc. 18.*

Stricta naturæ prescriptio reputatur, ideoque extensionem non admittit, sed id solum prescriptum censetur, quod, aliis requisitus accedentibus, possidit, & non ultra, *add. ad. decis. 20. par. 3. rec.*

Ideoque in dubio contraria prescriptionem, atque pro eius exclusione judicandum est, ut de facto præxistit docet. *Buratt. decis. 427.*

### De Probationibus in genere.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *A*prosecutionem & terminationem iudicij necessaria sunt probationes.
- 2 *D*e distinctione inter forum internum, & externum.
- 3 *I*udex tenet iudicare secundum acta, & probata, non autem iuxta privatam notitiam.
- 4 *Q*uod non est in actis, non est in mundo.
- 5 *N*otorium non exigit probationem, atque in ea sufficiente extra iudiciales notitiae.
- 6 *I*n quibus casibus sufficiente informationes extra iudiciales, vel probationes insufficientes.
- 7 *A*n Princeps, vel Principis Vicarius procedat cum informationibus extra iudiciales.
- 8 *A*rbitrarius, vel Arbitrator, an & quando procedat cum dictis informationibus.
- 9 *Q*uod materia probationum sit arbitraria, & in ea non detur regula, & num. 19.
- 10 *C*uimcumbar onus probationis.
- 11 *R*ecensentur plures species probationum.
- 12 *D*e probationibus, ut habeantur pro factis in odium impeditis eas.
- 13 *P*robata substantia, circa probationem quantitatis, vel accedentium sufficit levior probatio.
- 14 *D*e coniunctione imperfectarum probationum in ceteris.
- 15 *I*n antiquis sufficiente probationes leviores.
- 16 *I*dem in iis que sunt de sua natura difficultis probationis.
- 17 *V*el ubi assistat verisimilitudo.
- 18 *D*e probatione mediæ, probatis extremis.
- 19 *D*e eodem de quo num. 9. quod materia est arbitria, & num. 23.
- 20 *D*e conclusione, quod non est perfecta probatio, que habeat contrariam possibilitem.
- 21 *A*n & quando probationes inter alios factæ, alteri preiudicent.
- 22 *Q*uid in causa status.
- 23 *D*e eodem de quo num. 9. & 19.

DISC.